


BC

1775



DE CRUCE,

QVÆ PERPETV VM
EST ECCLESIAE IESV CHRISTI
(qui, puer recens natus, ipse quoq; acerbissi-
mam subiit sortem)

ἠσκόνημεν:

ELEGIA,

SCRIPTA AD

Reuerendum clarissimum
& excellentis virum Dn. D. DAVIDEM
CHITRAVM, Theologum & Polyisto-
rem in inclyta Rosarum Acade-
mia dignis.

A

*M. Christophoro Cæsare Scholæ Ha-
lensis Rectore.*

Halæ Saxonum

Typis Pauli Greberi Anno 1598.





Taut.

Vbi crux, ibi lux: vbi tentatio, ibi oratio:

*Ohn creutz vnd not; sucht man nicht Gott;
Drumb v ven Gott liebt; dem creutz er giebt.*

*ὡς ἐθέλει τὸ φέρων σε φέρει φέρει. ἢν δ' ἀπιθῆσθε,
καὶ σαυτὸν βλάψεις, καὶ τὸ φέρων σε φέρει.*

*Quod res fert, patiare ferens. Sin forte repugnes,
Te ladens, quod res fert, tamen usq; feres.*

Et

*Optima sperentur; metuantur pessima: sed quæ
Sors tulerit placido pectore quisq; ferat.*

J. C. P.



Are Deo, CHYTRÆE, bonis care omnibus
æque,

Et toti Charitum Pieridumq; choro:

An bene agā, quæris, valeantq; in corpore vires?

Quid valeam, te nunc hæc Elegia docet.

Luce bis octauā, decimus quam traxerat imber,

Septima mane nouum dum rotat hora diem:

Ad solitas accedo operas, quas functio poscit

Publica, devotâ sed præcunte prece,

Sedulus hic ad Natalem dum præparo Christi,

Et pia præceptis munio corda piis:

Ad cathedramque ego festino: procumbit humi pes

En dexter lapsu præcipitante mihi.

Equè loco trahitur subito editiore sinister:

Pesq; mihi miserè læsus vterque fuit.

Planta pedis dextri luxata, cruore tumori

Mixto, oculis tristem quam dedit heu speciem.

A summoque genu talos mihi tibia ad imos

Excortatam habuit tota sinistra cutem.

Hæc eadem mihi quintuplici quoque vulnere hiabat;

Sic tamen vt maius pelleret illa malum.

Nam nisi vis lapsus subiti improba fracta fuisset,

Corporis hunc cuncti mole premente pedem:

Hei propter dextrum poterat male diminui crus,

Plantam in transversum vi truce agentelocum.

Sic bona summa malis summis coniuncta tuere:

Sed mala summa suis cedere iussa bonis,

Sic itæ medio Deus in feruore furentis

Gratiæ inexhaustæ commeminisse solet.

At bonitas numero Dei vt est, & pondere summa,

Fœta ita divino hic signa favore latent.

Stratus humi jaceo, velut ictus fulmine: tactâ

Vix & me tollo tandem animatus humo.

Et quoniam in statione mei mihi muneris illud
 Euenit; id summo sic moderante Deo:
Erectus priùs haud cesso, quam voce monendo,
 Hæc, quæ proposui; me vegetante Deo,
Interea hoc incredibili dum præsto dolore,
 Horâ cum duplici dimidiata fugit.
Sic magis obisto Satanæ: impedit (vt valet) ille,
 Vtile quod, gratum quod solet esse DEO.
Vixq; domum fero me, pede cum consistere neutro
 Possum; nunc etiam: nec medicina deest.
Id graue vbi est, quod non solennia festa frequentans
 Nunc colo Natalis, maxime Christe, tui.
Sed quia templa vetat Fatum, non Stoicum; at ipsum
 Numen: num Fatum vota vetare queat?
Arceor à templo, templi non arceor vsu:
 Vfus sunt templi nam pia vota sacri.
Est mihi cor **TEMPLVM**, Triadosq; habitatio sanctæ:
ARA mihi Christus sola Redemptor adest.
Flaminis aura sacri, faciens mihi verba, **SACERDOS**:
 Angelicumq; melos **MVSICA** grata mihi.
En **TEMPLVM**, en **ARAM**, ecce **SACERDOTEM**,
 en **MELoS**: an quis,
 Candida quæ pietas plura requirat, habet?
Hisce sonis sacris mea nunc circumsonat auris:
 Concio & ista mea est, Cantio & ista mea est.
Sic, cum vis obstat maior, præstare putandum est,
ABSENTEM à templis, voluere **FANA**, sacris:
 Quàm peregrinando loca per diuersa, profanè
PRÆSENTEM in templis, voluere **VANA**, sacris.
Sed laus Christe homo, Christe tibi Deus, Immanuelq;
 Quod benè correptum fata subire vetas,
 Quæ famulum vis ferre tuum, tibi Christe dicatum,
 (Peccavi tibi enim) corde libente feram.

Psal. 118.

Mich. 7.

Christe

Christe tuum mihi ferre jugum quàm dulce, bonumq;
Facta tua est bonitas notior unde mihi,
Vagitu puer hïc vix implēsti aëra primo,
Sensisti in tenero corpore quando crucem.
Omnes in vitâ sic hac crux dura fatigat,
De **CHRIST**I quotquot nomine nomen habent,
Quemcunque ergò premit fors aspera: fors docet illa,
Se partem **CAPIT**I sic similem esse **SVO**.
Sed similem esse **DVCI**, longè est laus maxima, **CHR**I
Siue aliquis toleret plusue minusue crucis. (**STO**;
Ferre etenim hanc dat quenq; Deus, velut expedit illi,
Consilij certâ pro ratione sui,
Nec vitæ genus à pietate alienius vllum,
Hoc quàm planè omni quod vacat orbe cruce.
Sors sua cuique ferenda venit: felixq; putandus,
Cui placido sortem pectore ferre datur.
Cum **CAPIT**E ergò suo, est qui **PAR**S mala plurima. *Rom. 8.*
PARS capiet celum cum **CAPIT**E ille suo (passus,
HÆC, **CHITRÆE**, tibi, bene note poloq;, soloq;,
Care itidemque polo, care itidemque solo:
Hæc tibi: quem gaudere scio mea gaudia solum;
Et mea sincerâ mente dolere mala.
Non modò, vt hæc noffes mala (at haud mala, ab æthere
Quomodò sed pariter cuncta ferenda feram. (missa)
Hæcq; noui auspiciam tibi dum **CHITRÆE** sub anni
Scribo; simul felix auspiciam ipse precor:
Cui medium, & finis respondeat optimus: atque hinc
Gaudia multi alij plura subinde ferant.
In natis, qui sunt lectissima pignora lecti,
Virtute, arte, fide, viuere perge pater.
Tertius **VLRICVS**, **DAVID**, & qui orientur ab illis,
Atq; nepos serus, prosperitate beent.

Hinc FREDERIADES bene, GODELMANI ADESq;
 Et merita & laudem vincat uterq; tuam.
 Pulcrum ô certamen, natus virtute parentem,
 Vincere aavum meritis, quando neposq; studet.

CRVX / VEXIL / CHRISTI
 / LVM /
 ST MBO / ECCLESIAE.

Funerâ similis cruce REGI Ecclesia CHRISTO est.
 Je neher CHRISTO, je neher dem CK EVTZ.

2. Timo. 3.  Visq; pio, PROPRIOR Capiti quò pectore
 CHRISTO est,
 Dura gradu hinc tanto CRVX PRO-
 P I O R E venit.

Matth. 2. Creditus ut CHRISTVM Genitor, Genitrixq;
 FOVEBAT,
 Cogitur EXILIVM sustinuisse grave.

Matth. 8.
 Marc. 4.
 Luc. 8. Cum vehitur, sociis CHRISTVS rate IVN-
 CTVS eadem,

OBRVIT insanis HANC propè fluctus aquis.
 Marc. 8. Longa NEC ANT inopem IAM IAM jeiu-
 Matth. 15.
 Ioan. 6. nia turbam,

Quæ fuerat CHRISTI verba secuta Ducis.
 Ioan. 9. Luce carens qui natus erat, cum jungitur illi
 CHR̄STVS, ab INSIDIIS tutus is esse
 nequit. Quando

Quando Cyrenæus CHRISTO OBVIUS FBAT alimus, Matib. 27.
Mar. 15.
Cogitur immittem MOX SUBIISSE CRUCEM. Luc. 23.

SIGNA gerit DVX IPSE, CRVCIS veneranda cruenta:

SIGNA gerunt, ipsi membra dicata, CRVCIS.

Testis Adam, Noha, Nachorides, Jsaacus, Jacob, Gen. 3. 7. 14
26. 29. 37.
Joseph, & Amramides, testis & Jsaides. Exod. 3.

Cum DVCE sed quisquis patitur mala plurima 2. Reg. 12.
1. Pet. 4.
TRISTIS,

Commoda mille ferens, cum DVCE LÆ-
TVS erit.

Pondere nam quem CASTRA PREMUNT 2. Cor. 4.
male fida DEORSUM,

Hunc superi SVRSUM verticis ASTRA
LEVANT.

M. Christophorus Caesar Scholæ Hal. Rector.
Die Natali Iesu Christi Θεοαυτοσωπος, auspicante annum eiusdem

1598.

Quem offendit hoc distichon, commendans inter iustas impositi muneris
operas & molestias, ardens precandi studium:

EVNDE preces; Instat sanctos SVSSerre Labores;

EXCIPIET SVSASTVNC DeVS AXE preces.

Qui annus est à condito Mundo.

5560.

Nuls aDest anno: proCVL Vi maLa CVncta reCeDant,

Det DVX, reX, SVMMI VIVA propago patris.

AD EVNDEM DN. D. CHYTR. EXCAP. XII. DAN.

ΕΙ δε, βροτοίε καλὰ πολλ' εἰπόντες χησιμάτ' ἄνδρες
ἄλλοι, παντοίοισι λόγοισι κακασμένοι ἄνδρες,

ἡματι τῷ δε πολὺ πλεον, ἢ φάος ἡλιόιο

λάμπουτ' ἢ ἢ ἄλλων ἄστρον λαμπτετιώντων:

ἡμάτων σόιγ' ἔσεται, ὦ ΧΙΤΡΑΙΕ, φαιμέτατορ φῶος.

Corpora


Corpora maiori si sunt fulsura docentum
Lumine, de cunctis quo meruere magis:
Lumine nempe illo, roseus quod spargere Phœbus,
Omnia cum lustrat luce micante, solet:
Quem non, & quantum fundes, CHYTRAEÆ,
Ultimus è celi cum ruet axe dies? (nitorem,
Splendor erit maior tuus, & tua gloria maior,
Quo maiora tua & sunt merita, atq; fides.

Christophorus Caesar Saxo-Halensis.

Anno 1598.

AnnV s habet flne M; noVV s VtqVe perICVLa
CVncta

ArGeat à nostro, reX, grege, ChrIste, para.



A 2490

ULB Halle

3


003 485 986




sb

kom







V

DE CRUCE,

QVÆ PERPETVVM

EST ECCLESIAE IESV CHRISTI

(qui, puer recens natus, ipse quoq; acerbissi-
mam subijt sortem)

ἠγορευμένη:

ELEGIA,

SCRIPTA AD

Reuerendum clarissimum

& excellentis virum Dn. D. DAVIDEM

CHITRÆVM, Theologum & Polyisto-

rem in inclyta Rosarum Acade-

mia dignis.

A

M. Christophoro Casare Scholæ Ha-
lensis Rectore.

Halæ Saxonum

Typis Pauli Greberi Anno 1598.

4
80

1715

47

